Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38189
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



160

cyprianus in unitatis pace permansit,
Quid hinc dicturi sunt excutiant in
genicis sua quantum possunt & utrum
ualeant respondere considerent;
Ecce duo erant uno tempore ut de
aliis taceam qui diuersa sentiebant.
Duo erant eminentissimarum ecclesiarum.
Romane scilicet & Cartaginensis epi. ste
phanus & cyprianus ambo in unitate
catholica constituti. quorum stephanus
baptismum xpi in nullo iterandum ec
censebat & hoc facientibus graui
suscenebat; Cyprianus autem in heresim
uel schisma baptizatos tamquam non
habentes baptismum xpi baptizandos
in ecclesia catholica existimabat. Multi
cum illo quidem cum isto & ille sentiebant
utrique cum eis in unitate sistentes;
Sic ergo uerum est quod isti dicunt. & unde
causam suae reparationis asserere uel
excusare conantur in una comunione
sacramentorum mali maculant bonos.